

1255 VI Idus Aprilis et in ecclesia cathedrali ab episcopo et eiusdem ecclesiae canonicis. Principe autem exeunte de castro Pragensi magna vis ventorum cum turbine exorta est. Unde quendam equitem sequentem principem deiecit de ponte ante castrum, cuius equus mortuus est ex casu, ipse vero sanus evasit. Campanarium etiam ligneum cum campanis infra muros sanctae Mariae corruit eadem hora vi ventorum magna impellente, et aliae plures ruinae factae sunt in civitate et per villas.

1260 Anno dom. incarn. 1260<sup>1)</sup> inter principes et proximos alti sanguinis, Prziemysl scilicet, dominum et heredem regni Bohemiae, duce[m] Austriae et Styriae et marchionem Moraviae, ex parte una, et Belam et natum eiusdem Stephanum, Ungariae reges, ex altera, data prius ante aliquot annos occasione, immo causa ex parte ipsorum Ungarorum regum, rursus priore acrior est discordia suscitata. Siquidem senior Ungarorum rex Bela contra initam compositionis olim formatam cum nepote suo, dicto domino regni Bohemiae, et utrimque<sup>2)</sup> sacramentis corporaliter praestitis et publicis instrumentis exinde contractis firmatam, mox eodem anno veniens, quo ipsa compositio celebrata, Moraviae, Austriae et partis Styriae, quae per praehabitam compositionem in sortem praefati nepotis sui ceciderat, visus est confinia occupare. Sed et natus eiusdem rex Stephanus, progenitorum suorum tyrannidis et caedis in<sup>3)</sup> innoxium Christi gregem habundantior aemulator existens, contra illustrem Karinthiae ducem Ulrichum et fratrem eiusdem Philippum, quondam Salburgensem electum, dicti regis Bohemiae consobrinos, paci praenotatae inclusos, exercitum infidelium, inhumanorum scilicet hominum, Comanorum, producens, in<sup>4)</sup> graviter et indifferenti strage monachorum, clericorum et simplicium laycorum cum parvulis eorumdem, raptu et violatione sanctimonialium et matronarum, et abductione<sup>5)</sup> huiusmodi et iuvenum transformandorum in ritum alterum, et conflagratione monasteriorum et aliarum ecclesiarum et magnae partis terrae Karinthiae, stupenda

kostela kanowniků. Když pak kníže vycházel z bradu Pražského, zdvihla jest se velká síla větru s wirem. Tudy jednoho jezdce, který jel za knížetem, swrhla s mostu před bradem, a kůň jeho zabynul od pádu, ale on ušel zdráv. Zvonice také dřevěná se zwony we zdech panny Marie sesula se jest tu hodinu, když síla větrů náramná dorážela; a jiných škod wice stalo jest se we městě i po wsech.

Léta od narození páně 1260 wznikla jest znou horší různice než první mezi knížaty a přátely krwe wznešené, totiž Přemyslem, páněm a dědicem králowstwi českého, wéwodau rakauským a štyrským i markrabim morawským se strany jedné, a Belau i synem jeho Štěpánem, králi uherskými, s druhé, když prvé před několika léty zawdána byla příležitost ano příčina se strany týchž králů uherských. Nebo starší král uherský Bela proti znění smlauwy zawřené někdy se synowcem swým, řečeným páněm králowstwi českého, a stwrzené přisáhami obau tělesně wykonanými a wěřejnými listinami o tom učiněnými, najednu téhož roku, we kterém ta smlauwa byla zawřena, přítábnuw, hle, jal se osazowati hranice Morawy, Rakaus a oné části Štyrska, která předešlau smluwau připadla za podíl řečenému jeho synowci. Awšak i syn téhož, král Štěpán, ukruťnictwí a wražednictwí předků swých proti newinnému stádu Kristowu pilnějším jsa následownikem, proti jasnému wéwodowi korutanskému Oldřichowi a bratru jeho Filippowi, někdy zwolenci Salcburskému, řečeného krále českého sestřencům, kteří byli do onoho miru zawřeni, wyprawiw wojsko newěřících, neiduských totiž lidí, Kumanů, těžkau a nerozdílneau zádawau mnichů, duchowních a prostých laiků s dětmi jich, uchwácenim a porušenim jeptišek a pani a odwedenim takowých i jinochů, kteří by měli býti obránci k cizimu řádu, a pálenim klášterů i jiných chrámů i welké části země korutanské, neprawosti až příliš strašné páchá-

1) 1261 má 8. — 2) utrumque 2; utriusque 8. — 3) nemá 2, 8. — 4) nemá 8. — 5) ab in-  
duzione 8.

nimum flagitia perpetrata<sup>1)</sup> perperam perpetravit. Pro quibus forefactis contra<sup>2)</sup> iusiurandum et aliis, quae compendii gratia praetermitto<sup>3)</sup>, quia nulla satisfactio est secuta, ad instantiam Styriensium nobilium et civitatum, de concilio inelyti comitis Ottonis de Hardek<sup>4)</sup> et quorundam Australium et perpaucorum admodum de Moravis, dictus dominus regni Bohemiae Styrienses in suam protectionem recepit. Licet igitur in potestate regis Stephani tunc pene fuisset Styria universa, et Ungari in ea quaeque castrorum et civitatum praesidia obtinerent, tamen cum dicto comite de Hardek et quibusdam Australibus et<sup>5)</sup> Styriensibus brevi tempore dictum<sup>6)</sup> regem Stephanum et Ungaros de ipsa Styria supra opinionem humanam valide eiecerunt, civitates et castra inibi capientes. Petovia tamen castrum, in quo dicti regis Stephani uxor, natione Comana, sacramentis tamen fidei initiata, personaliter tunc manebat, cum civitate et paucis quibusdam aliis castris ad tempus remanserunt in dicti regis Stephani potestate. Unde in iniuriam praefati domini regni Bohemiae per Moraviam et Austriam, immo in offensam Christi patrarum, et livor odii atque zeli exinde concepti, et plaga doloris dolosa tumens spiritu indignationis, quasi rupta cicatrice foras in publicum proruperunt. Nam anno domini 1260 inchoante inter principes praenotatos denuo sunt inimicitiae publicatae, adeo quod eodem anno sacro quadragesimali tempore validos utrinque<sup>7)</sup> contra se invicem exercitus produxerunt. Verum cum ex utraque parte necessaria exercitibus deessent, praesertim pro equis, coacti sunt principes memorati usque ad festum beati<sup>8)</sup> Johannis baptistae proximo<sup>9)</sup> venturum treugas paci, ut sperabatur, praecambulas prorogare. Sed in contrarium, proh dolor! res evenit. Nam ni fallar<sup>10)</sup>, quod<sup>11)</sup> ante, et postmodum initia sunt [dolorum,] quae gesta sunt.

Igitur constituto treugarum tempore accedente, iunior rex Ungariae Stephanus cum robustioribus et electis bellatoribus Ungaris et Comanis ad insidiandum passim et separatim venienti de Bohemia et Polonia se paravit exer-

uim nepravým spáchal jest. Pro kteréžto přečinny proti přísaze a jiné, jichž pro ukácení pomijím, poněvadž žádná zadostučinění se nestalo, řečený pán království českého k žádosti šlechticů a měst štyrských dle rady oswiceného hraběte Otty z Hardeka a některých Rakušanů a velmi málokterých Moravanů přijal jest Štyřany pod swan ochranu; i ačkoli tehdy skoro celé Štyrsko nacházelo se w moci krále Štěpána, a Uhři drželi w té zemi všecky posádky hradů i měst, nicméně s řečeným hrabětem z Hardeka a s některými Rakušany a Štyřany w krátkém čase řečeného krále Štěpána a Uhry z též země štyrské přese všechno domnění lidské mocně jsau vypudili, měst i hradů w ni dobývajíce. Awšak Ptuj zámek, we kterém manželka řečeného krále Štěpána, rodem Kumanka, však již svátosti wiry užívající, osobně tehdy přebýwala, s městem a s několika málo jinými zámky na ten čas zůstávaly w moci řečeného krále Štěpána. Tudy (skutkové) na škodu prvé řečeného pána království českého po Morawě a Rakaustech ano na urážku Krista spáchani a zůřiwost zášti a rozhorlení z toho počatých a rána bolesti lstitivá dmauci se duchem hněwu, jako protřzenau jizwau wen na weřejnost propukly. Neb na začátku léta páně 1260 objewilo jest se mezi swrchupsanými knížaty znouu nepřátelstwi tau měrau, že téžož roku we swatý čas postní mocná s obau stran proti sobě na wzájem wywedli jsau wojska. Ale když se na jedné i druhé straně nedostávaly wojskám potřeby, zvláště pro koňstwo, byli knížata wzpomenuť přinuceni až do swátku swatého Jana křtitele nejprvé příštího prodlaužiti příměří, jak se daufalo, pokoj předcházející. Ale pobřichu naopak wypadlo. Neb nemýlim-li se, co se prvé stalo i potom, bylo začátkem lstiti.

Tedy když přišel ustanowený čas příměří, mladší král uherský Štěpán s chrabřejšími a wybranějšími bojowníky, Uhry a Kumany, strojil se k ankladům na wojsko přicházející různou a oddílně z Čech a z Polska, chtěje udeřiti na

<sup>1)</sup> perpetrata 2. — <sup>2)</sup> propter 8. — <sup>3)</sup> premitto 2aa. — <sup>4)</sup> Hradek 8, a tak i všude níže. — <sup>5)</sup> nemá 2aa. — <sup>6)</sup> nemá 2aa. — <sup>7)</sup> utriusque 2aa. — <sup>8)</sup> nemá 2aa. — <sup>9)</sup> proximum 8. — <sup>10)</sup> fallor 8. — <sup>11)</sup> que 2aa.

1260 cūti, disponens irruere super incautos, quicunque<sup>1)</sup> sibi occurrerent priores. Qui cum venerabilis domini Brunonis, Olomucensis episcopi, et Henrici Sleziae et Wladislai Opoliensis illustrium ducum castra in pratis circa Pohorlitz metata clam invadere et percutere decrevisset, et ad hoc peragendum tota nocte pluviosa et nubila<sup>2)</sup> processisset, errante ductore prope Walkenstein<sup>3)</sup> et Stozecz praeter propositum in ortu Lava nominatur, in pratis fuit locus, in quo iuxta conductum universus domini regni Bohemiae exercitus mox circa festum beati Johannis baptistae debuit congregari. Ad quem locum comites de Hardek et Playn, primi cum suis omnibus advenere. Quibus cum suaderetur, ut usque ad adventum exercitus se intra Lavensem reciperent civitatem, ne forte Comanorum et Ungarorum insidiis ipsos praecooccupari contingeret immunitos, verum tanquam viri animo et viribus fortes, immo ultra modum audaces id facere recusarunt<sup>4)</sup>, quin post extensis in campo teutoriis, licet pauci, diebus et noctibus inibi perdurarunt. Exinde cum die sabbati, quae fuit tertia dies post festum<sup>5)</sup> beati Johannis baptistae, ad locum conductum in pratis circa Lavam a diversis partibus confluens utcumque coepisset exercitus domini regni<sup>7)</sup> Bohemiae apparere<sup>8)</sup>, et concurrentes armis pressi et laboribus fatigati, hii de Bohemia et Moravia cum suo domino<sup>9)</sup> principe, alii de Saxonia cum<sup>10)</sup> marchione de Brandeburk, quidam vero cum venerabili domino Olomucensi episcopo et illustribus Zlesiensi et Opoliensi ducibus memoratis castra inibi metarentur, subito rumor insonuit in<sup>11)</sup> castris, quod Comani nimium prope forent, vicinam juxta regionem spoliis et strage vastantes et incendiis conflagrantes. Proinde universalis commotio fit in castris, et mirum in modum animo voluntarii et armis instructi per ordinatas acies ad pugnandum exeunt universi. Quibus taliter egressis in campum, utrum ex industria

(neostražité, kteří by se s ním první setkali. I když uzavřel udeřiti na ležení etihodného pana Brunona biskupa Olomauckého a jasných knížat Jindřicha slezského a Wladislawa Opolského, zaražené v lukách u Pohořelice, a poraziti je, i k vykonání toho táhl ku předu po celau noc deštiwan a mlhawan, pro zablauzení vodiče dorazil mimo úmysl swůj při rozedníwání na blízko Falkenšteina a Stožce, kdež nedaleko u posádky řečené Láwa, v lukách bylo místo, na kterém dle umluvení české vojsko páně králowstwi českého mělo se sejiti hned o swátku swatého Jana křtitele. Na kterážto místo přišli jsau první mužowé rodu šlechethného, prosluli ctnosti a znameniti hodnosti, bratři pokrewní Otto a Konrad, hrabata z Hardeka a z Plaina, se swými se všemi. Ti, když se jim radilo, aby se až do příchodu wojska odebrali do města Láwy, aby se jim snad nestalo, žeby byli bez obrady překwapeni auklady Kumanů a Uhrů, však jakožto mužowé nad míru smělí odepřeli toho učiniti; nýbrž potom roztáhše stany swé w poli, ač jich bylo málo, we dne i w noci tam zůstawali. Tu když w sobotu, která byla třetí den po swátku swatého Jana křtitele, k místu umluwenému w lukách u Láwy počalo se poněkud sbirati wojsko páně králowstwi českého z rozličných stran přicházejci, a scházejice se obtíženi oděním a cestau umdleni ti z Čech a z Morawy se swým pánem knížetem, oni se Sas a s markrabim Brandenburským, někteří pak se etihodným panem biskupem Olomauckým a s jasnými knížaty ze Slezska a z Opole prvé zmíněnými jali se tam ležení zarážeti; najednau rozhlasil se pokřik w táboře, že jsau Kumani welni na blízce, tamější blžkau krajinu laupenim a wražděním hubice a ohněm pálice. Protož stalo se obecné pohnutí w ležení, a ku podiwu duchem wolni a zbroji opatřeni we spořádaných šicích všichni k boji jsau vytahli. A když tak vyšli do pole, newtm, stalo-li se z aumyslu čili z omylu, Bůh wi, najednau oznámilo se, že málo nepřítel newěřících ono spáchali, ale již že jsau se obrá-

<sup>1)</sup> quibuscunque 2aa. — <sup>2)</sup> nubiosa 8. — <sup>3)</sup> Falkensteyn et Stozecz 2aa. — <sup>4)</sup> et 2aa, 8. — <sup>5)</sup> recuarent 2aa. — <sup>6)</sup> fes. nativitatis b. — <sup>7)</sup> regis 2aa. — <sup>8)</sup> apparere 8. — <sup>9)</sup> d. et principe. — <sup>10)</sup> rukopisy et. — <sup>11)</sup> nemá 2aa; in castris nemá 8.

an per errorem nescio, deus scit, subito nunciatur paucos infidelium hostes praedicta fecisse, sed iam eosdem esse in fugam conversos. Tunc cunctorum ad id assentione fallaci securitatem ipsis pessimam generante ad castra singuli revertuntur, praenotati vero comites de Phleyn<sup>1)</sup> et strenuus miles Cadoldus Orphanus cognonime cum paucis aliis, quasi pro custodia exercitus remanserunt in campo. Qui licet frequenter experti dolos in certamine Comanorum vel ceterorum, tamen, ut ait auctoritas: fata nolentem ducunt, volentem trahunt, se in praeceps deducunt ad hostem fugam simulantes longius persequendum. Quos aliqui ex nostris magni et nobiles passim sine ordine persecuti<sup>2)</sup>, cum eisdem per insidias latentes a tergo conclusis<sup>3)</sup> et taliter postmodum interemptis<sup>4)</sup> et ipsi quidam quidem mortis, quidam<sup>5)</sup> vero captivatis, tunc simul exstiterunt laqueis irretiti. Quod cum licet tam dubie quam varie insonuisset in castris nuntiantibus quibusdam, quod praedicti comites et Cadoldus et ceteri, qui cum ipsis erant, adversariis occupatis postularent succursum, aliis vero e contra referentibus, quod ipsi ab hostibus potius praeoccupati fuissent — quod et fuisse verius rei postmodum probavit eventus — mox a mensis surgunt principes, ad arma festini<sup>6)</sup> anhelant milites et clientes, et contra inimicos loricati, scutati et galeati, et nonnulli incoperitis equis properarunt<sup>7)</sup> sine modo. Qui cum inclitos paulo ante dictos bellatores scilicet Cadoldum<sup>8)</sup> et comites et quosdam alios reperissent in via, in loco pugnae absque anima humili prostratos, et ex hiis plerosque prorsus nudatos, nonnulli fortes ipsorum pavore concussi, obriuerunt prima facie quasi lapis, plurimis etiam ad hostes terga vertentibus; nihilominus dominus regni Bohemiae cum paucis et dominus Olomouensis episcopus priores omnium, et marchio Branduriensis cum suis fugientes adversarios presequuntur<sup>9)</sup>. Quibus cum dictus dominus regni Bohemiae et Olomouensis episcopus priores omnium proximassent, marchione Brandeburgensi adhuc a remotis sequente, alii visi sunt subsistere et ex adverso acies suas ordinare. Verum

tili na útěk. Tehdy když všechných křivým k tomu přísvědčováním zjednána jim byla nejhorší bezpečnost, navrátili jsou se jedni po druhých do ležení; prvé však řečení hrabata z Plaina a statečný rytíř Kadolt, příjímím Sirotek, s malým počtem jiných, zůstali jsou jako k strážení vojska v poli. Ti, ač často zkusili auskoky v boji s Kumany neb jinými, přece, jak praví příslowí, že osudy nechtícího wodí, chtícího tahají, dali jsou se překotem v pro následování další nepřatel twářících se jakoby utkali. Za nimiž někteří z našich welmožů a šlechticů jdauce porůznu a bez pořádku, s nimi, když skrytými zálohami ze zadu byli obklíčeni a tak potom zbiti, také oni někteří v osidla smrti, někteří pak zajeti spolu s nimi jsou zapleteni. Což ač se jak pochybně tak rozličně rozhlásilo w ležení, když někteří prawili, žeby řečení hrabata a Kadolt i druzí, kteří s nimi byli, utknouše protivníky žádali pomoci, jimi zase naopak oznamowali, že oni spíše od nepřatel byli překwapeni, což že bylo prawější potom výpadek věci dokázal; ihned wstali od stolů knížata, a na rychlo sáhali ke zbrani rytíři a zbrojnoši, a proti nepřatelům w brnění, se štíty a s přílbicemi, a někteří na koních pokrytých spěchali jsou bez řádu. Kterážto když slawné nedáwno řečené bojownky, totiž Kadolta a hrabata a některé jiné, našli na cestě na bojišti bez ducha na zemi ležící, a z nich větší díl docela obnažen; někteří udatní mezi nimi leknutím ustrnuli, ztuhli jsou při prwním pohledu jako kámen, a mnozí také k nepřatelům záda obrátili; nicméně pán králowstwi českého s malým počtem a pán biskup Olomoucký prwni přede všemi a markrabi brandenburský se swými protivníky utikající jsou pro následowali. K nimž když se řečený pán králowstwi českého a biskup Olomoucký prwni přede všemi přiblížili, markrabi pak brandenburský ještě opodál za nimi táhl, někteří widni jsou, ani se zastawují a šíky své naproti rownají. Ale když se týž markrabi přiblížil a stalo se tu chwíli welké zatmění powětří, wáni wětru a zwučení hromu i hučení silného deště s ble-

<sup>1)</sup> Pleyn 2aa. — <sup>2)</sup> prosequentes 2aa, 8. — <sup>3)</sup> conclusi 8. — <sup>4)</sup> interempti 8. — <sup>5)</sup> quidem 2aa. — <sup>6)</sup> festini festinant, anh. 2aa. — <sup>7)</sup> properent 2aa. — <sup>8)</sup> Cad. et milites et com. 8. — <sup>9)</sup> perseq 2aa.

eodem marchione propius accedente, facta tunc magna <sup>1)</sup> obscuracione aeris, et a commotione et voce tonitruī et sonitu grandis pluviae cum fulgore choruscante, licet nemine persequente, eo quod supra modum defecissent lassati equi christiani exercitus, in fugam sunt impii conversi. Et cum fluvius Morawa, quasi apertis coeli katharactis et velut factio desuper kathachismo, tunc nimium inundasset, in eodem hostium plurimi veraciter feruntur perisse submersi. Nihilominus tamen propter Cadoldi et comitum et aliorum lugubrem casum pene usque ad desperationem exercitus deiicitur christianus.

O quantus luctus! et o <sup>2)</sup> quanta Lavensium lamenta fratrum Minorum, quando ad ipsos cum eiulatu et planctu cunctorum fere, qui ceciderant, passim funera differuntur <sup>3)</sup>! Amodo quid facturus esset dominus regni Bohemiae, tanti exercitus caput ex dolore languidum, dubitatur. Aspirant plures ad reditum, sed notam probitatis vitantes, tanquam filii huius seculi prudentiores filiis lucis, praesertim principes et maiiores barones singuli per alios satagunt id fore et videri persuasum. Oritur exinde dissensio, per occasionem salubris unitatis et victoriae demum paritura salutem.

Nam cum imponeretur dictis Henrico Zleziae <sup>4)</sup> et Wladislao <sup>5)</sup> Opoliensi ducibus, quod ipsi primi a loco castrorum ad propria intenderent remeare, confusibiliter solvendo exercitui causam <sup>6)</sup> taliter tunc daturi, hūdem tanquam viri strenui et prudentes inficiantur dictum de ipsis, et huiusmodi concilii portum seu radicem in Branburgensem referunt marchionem. Ex <sup>7)</sup> tunc omni controversia cessante, communi consilio et pari voto illuc tendit exercitus universus, ubi nunciatur, rex Ungariae sua castra fuisse metatus. Itaque concurrentibus simul ad idem domino Philippo, quondam Salzburgensi electo, et fratre suo Ulrico, illustri <sup>8)</sup> Karinthiae duce et Styriensi, cum die dominica infra octavas apostolorum Petri et Pauli, post auditas in auroa missas, ex communi conducto et principis, qui caput erat, et aliorum principum edicto, ad plenum, ut opus erat, armis instructus <sup>9)</sup>, et per

skem prokmitajicim, ač nikdo nestihal, protože unaweni koné wojska křesťanského přitliší byli zemlčeni, bezbožni na útěk se obrátili. A když řeka Morawa jakoby splawy nebeské byly otvřeny a jakoby se stala potopa šůry, tehdy welice se rozwodnila, prawdiwě prawi se, že se w ni welmi mnozi nepřátelé utopili. Nicméně však pro smutný pád Kadolta a hrabat i jiných bylo wojsko křesťanské téměř až k zafání zarmauceno.

O! jaký smutek a jaký nářek menších bratří w Láwě, když k nim s pláčem a kwilením přinesena jsou po sobě těla skoro všechných, kteří byli padli. Nyni, coby učinil pán králowstwi českého, hlawa takowého wojska bolesti zemlčena, pochybuje se. Chce se mnohým dáti se na zpátečnu cestu; ale chránice se skwrny na powosti, jako synové tohoto swěta opatrnější synů swěta, zwlaště knížata a přednější pánowé jednolitiwi, snaží se, aby se zdálo, že to od jiných raděno. Wznikla z toho různice, která měla po příležitosti prospěšné jednoty a witezstwi konečně spůsobiti spasení.

Nebo když se přičítalo řečeným knížatům, Jindřichowi slezskému a Wladislawowi Opolskému, žeby oni první chtěli z místa, kde leželi, táhnauti zpět domů, čímž by zmatočně tak tehdy zawdali přičinu k rozejití se wojska, oni jakožto muži stateční a opatrní zapírali, co se o nich prawilo, a takowé rady počátek a koreň swáděli jsau na markrabi brandenburského. Odtud přestal všecken spor, a ze společného usnešení a stejného mínění obrátilo se weškeré wojsko tam, kdež zwěstowalo se, že král uher-ský zarazil tábor swůj. Tedy když přispěli k témuž také pan Filipp někdy zwolencec Salzburgský a bratr jeho Oldřich jasný kníže korbantský a štyrský, když w neděli mezi ochtábem swatých apoštolů Petra a Pawla, slyšewše z rána mše, z obecného unluweni a z rozkazu knížete, jenž byl hlawau, a jiných knížat, úplně jak bylo potřeba oděním opatřeno a we spo-

<sup>1)</sup> maxima 8. — <sup>2)</sup> nemá 8. — <sup>3)</sup> differuntur 2aa. — <sup>4)</sup> Zelzio 2. — <sup>5)</sup> nemá 2; W. 8. — <sup>6)</sup> tamen 2aa. — <sup>7)</sup> Et 2aa. — <sup>8)</sup> nemá 8; illustre 2aa. — <sup>9)</sup> indutus et instr.

ordinatas acies incedens, et montana atque plana operiens, apparuisset hostibus fidelium exercitus copiosus, saepe dicto domino regni Bohemiae sub vexillo gloriosissimi martyris Wenceslai cum suis de quadam montis declivi in suprema <sup>1)</sup> tamen plani altitudine castra adversariorum spectante <sup>2)</sup>, hiidem infideles et ceteri, qui cum ipsis erant, sicut ipsi postmodum retulerunt, statim tunc in fugam fuissent conversi, nisi in faciente chaos inter nos et se fluvio dicto Morawa fiduciam habuissent; nec mirum, quia timor et tremor super impios cecidere, cum Manaym, id est castra dei, contra se viderent venire. Siquidem domini regni <sup>3)</sup> Bohemiae et aliorum principum, quam tunc conceperant devotio et pia proposita et vota, quibus domino se astrinxerant, spoudentes vitam suam et terrarum suarum statum suos in monetis et aliis in melius commutare, et plurimorum baronum et militum aliorum ad confessionem et signaculum sanctae crucis confugientium forsitan exorta <sup>4)</sup> conversio ex timore; magnae <sup>5)</sup> autem a magna parte christianitatis usque ad Coloniam magnam et ultra orationes pro ipsis sollempniter ad deum fusae ipsis, immo multo populo christiano divina praesidia et angelica meruere <sup>6)</sup>. Quid multa? Quem delectat plenius commissi postmodum belli processum et exitum (cognoscere), legat subiectam epistolam ex parte domini regni Bohemiae sanctissimo in Christo patri ac domino Alexandro, dei gratia papae quarto, exinde directam, quae talis est:

Sanctissimo in Christo patri ac domino Alexandro <sup>7)</sup>, dei gratia sacrosanctae Romanae ecclesiae summo pontifici, Otakarus <sup>8)</sup>, eadem gratia dominus regni Bohemiae, dux Austriae et Styriae et marchio Moraviae et cetera. Quia piū pastorem suarum a lupis liberatio ovium delectat, ac <sup>9)</sup> benignum patrem iocundum reddat cum salute prosperitas filiorum, gravis belli, quod adversus Belam et natum eiusdem Stephanum, Ungariae reges illustres, et Danielem, regem Russiae, et filios eius, et ceteros Ruthenorum ac Tataros, qui eidem in auxilium venerant et Boleslaum Cracoviensem et Lestkonem iuvenem,

řádaných šicích táhnaucí, hory a rowiny pokrývající vojsko četné věřících nepřátelům se objevilo, a často řečený pán království českého pod korahwi nejslawnějšího mučenníka Wácslawa se swými s wrchu jedné hory příkré ale nahoře rovné na ležení protivníků pohlízel; oni newěřící a ostatní, kteří s nimi byli, jak potom sami pravili, byli by se hned tehdy obrátili na útěk, kdyby se byli nespolehali na řeku Morawu, čínici překážku mezi námi a nimi; aniž diw, protože bázeň a strach padly na bezbožné, když widěli, že Manais, to jest tábor boží, proti nim táhne. Nebo pána království českého a některých knížat tehdy počatá zbožnost a dobrá předsewzetí i sliby, jimiž se zavázali Hospodinu, slibujice napraviti k lepšímu život swůj a řády zemí swých w minci a w jiných věcech, a přemnohých pánů a jiných rytířů, k zpowědi a ke znamení swatého kříže se utíkajících, snad ze strachu poslé obrázení, velké pak od velké části křesťanstwa až k welkému Kolinu a dále za ně slawně konané moudlitby k Bohu jim ano mnohému lidu křesťanskému božskau pomoc a andělskau wyžádaly. A co dále? Koho těši poznati úplněji průběh wálky potom wedené, nechať čte níže položený list od pána království českého nejswětějšímu w Kristu otci a pánu Alexandrowi z boží milosti papeží čtwtřému o tom zaslaný, kterýž takový jest:

Nejswětějšímu w Kristu otci a pánu Alexandrowi z Boží milosti swatoswaté cirkwe Římské nejwyššímu knězi. Otakar z též milosti pán království českého, wévoda rakauský a štyrský i markrabi morawský atd. Ponéwadž pastýře dobrého těši oswobozeni oweček jeho od wlků, a otce dobrotiwého obweseluje zdrawi a štěstí synů jeho, měli jsme za nezbytečné, běh wálky těžké, kterau jsme z Boží wůle wedli proti Below i a synu jeho Štěpánowi, jasným králům uherským, a proti Danielowi králi ruskému a synům jeho a ostatním Rusům a Tatarům, kteří jim přitáhli ku pomoci, a proti Boleslawowi

<sup>1)</sup> supremo 2. — <sup>2)</sup> spectantem 2, 2aa. — <sup>3)</sup> regis 2aa. — <sup>4)</sup> extorta 2aa. — <sup>5)</sup> magis 2aa. — <sup>6)</sup> meruere — postmodum neni v 2. — <sup>7)</sup> A. 8. — <sup>8)</sup> N. 8. — <sup>9)</sup> et 2aa, 8.

Lasciae duces, et innumeram multitudinem inhumanorum hominum Comanorum et Ungarorum et <sup>1)</sup> diversorum Sclavorum, Sicularum quoque et Walachorum, Bezzerminorum et Hymahelitarum, scismaticorum etiam, utpote Graecorum, Bulgarorum, Rusciensium et Bosnensium haereticorum, auctore deo gessimus, et victoriae nobis datae coelitus, et post victoriam inter nos ex parte una et dictos reges ex altera concordiae reformatae processum non ab re paternitati vestrae duximus praevia veritate praesentibus declarandum. Sane cum ad flumen, quod <sup>2)</sup> Morava dicitur, circa locum a castro et oppido Hemburk duobus milliariibus distantem, Ungariae ac Austriae confinia inibi terminantem, cum nostris exercitibus venissemus, dictos reges et exercitus eorumdem illis castra metatos in opposita parte ripae invenimus ex adverso. Sicque factum est, ut nostra et adversariorum castra solus duntaxat divideret fluvius memoratus. Cumque sic loci possessio se haberet, ut ad <sup>3)</sup> adversarios sine irremediabili nostrorum iactura votivum non possemus consequi <sup>4)</sup> accessum, et pro reformanda inter nos et eosdem reges pace fuisset utrimque aliquoties multipliciter attemptatum, ipsis vero regibus de die in diem et <sup>5)</sup> de hora in horam suus in diversas variantibus voluntates, non restaret aliquis paci locus, haud dubium ad instar Pharaonis corda illorum indurante domino ultimo; novissime unius duorum parti adversae obtulimus optionem, ut videlicet vel illa nobis cederet, quatenus ad eandem gerendi belli causa transire possemus, vel nos id parti adversae concederemus. E quibus disiuncte partibus alteram <sup>6)</sup> pars adversa elegit, ut videlicet nos cederemus et nostra cessione eisdem locum transire eundi daremus. Et ut id posse fieri videretur quovis impedimento cessante, dicti reges et eorum bani et comites treugas constitutas et suis iuramentis firmatas per totum diem beatae Margaretae festum <sup>7)</sup> proximo praecedentem et medietatem ipsius festi diei nobis mediantibus idoneis nunciis remiserunt. Verum hiidem sua pacta et iuramenta soliti violare, per vada inventa et sibi aptata clam <sup>8)</sup> noctu ad nostram partem

Krakowskému a Leškovi mladému Lenčickému knížatům a nesčíslnému množství lidí nelidských Kumanů a Uhrů a rozličných Slowanů, též Sékeltů a Walachů, Bezzerminů a Ismaelitů, schismaticitů také, jakožto Řeků, Bulharů, Rascianů a Bosňanů kacířských, a vítězství nám s nebes daného, a míru po vítězství mezi námi s jedné a řečenými králi s druhé strany obnoveného, pravdu na očích majíce, Otcowstwi Wašemu tímto vyložiti. Když jsme zajisté přitáhli s vojsky swými k řece Moravě u místa dvě míle od zámku a města Hemburka vzdáleného, které tam naznačuje hranice mezi Uhry a Rakausy, spatřili jsme řečené krále a vojska jejich, které rak tam byli zarazili ležení na druhé straně řeky naproti. A tak se jest stalo, že naše a protiwuků ležení jediná toliko zmíněná řeka od sebe dělila. Když pak položení místa bylo takowé, že jsme žádaucího přístupu na protiwuky naše nemohli obdržeti bez nenabyté ztráty našich, a o obnovení míru mezi námi a týmiž králi s obau stran několikrát všelijak se jednalo, ale poněwadž oni králowé ode dne ke dni ano od hodiny k hodině rozličné vůle své měnili, pro mir zádného místa nezůstávalo, ježto nepochybně pán msty zatrwzował srdce jejich na spůsob Faraona; konečně jsme protiwné straně podali, aby jedno ze dwau zvolila, totiž buď aby ona nám ustaupila, abychom k ní k swedení bitvy přejiti mohli, neb že my toho straně protiwné dopustíme. Z kterýchžto dwau rozdílných věcí protiwná strana druhau jest zvolila, totiž abychom my ustaupili a našim ustaupením jim propůjčili místa ku přechodu. I aby se zdálo, že se tak může státi bez všeliké překážky, řečení králowé a bání i župané jejich vydali nám po poslich spůsobilých příměři ustanowené a přísahami swými stwzené na celý den, který bezpostředně předcházel před swátkem swatě Markety a na půl tétož dne zasvěceného. Ale oni, jsauce zwykl smlauwy a přísahy své rušiti, přes brody vyhledané a prvé pro sebe uprawně tajně w noci přešli na naši stranu se vším wojskem swým. A když jsme prawili: pokoj a bezpečnost, z ne-

1) nemá 8. — 2) qui rukopisy. — 3) nemá 2aa. — 4) nemá 8. — 5) festo 2aa. — 6) olim 2. — 7) festo 2aa. — 8) olim 2.

cons. consensum simul et accessum 8. — 9) ne-

cum omni suo exercitu transierunt. Et cum dicemus: pax et securitas<sup>1)</sup>! subito cum inenarrabili multitudine contra nos improvisos apparuerunt in campo. Et cum in spe treugarum vix decima pars nostri<sup>2)</sup> exercitus penes nos pro nostrae personae custodia remansisset, eo quod plures de nostris transito Danubio oppidum Hemburk intraverant<sup>3)</sup>, alii vero cum curribus descenderant ad stationes et loca castrorum, hostes nostri fraude pleni in modum semicirculi per ordinatas acies nos cingentes, nisi dominus adiuvisset<sup>4)</sup> nos, vivos nos<sup>5)</sup> forsitan<sup>6)</sup> deglutissent. Igitur in tam inevitabili<sup>7)</sup> necessitate articulo constituti, attendentes potestatem esse coelestem, et quoniam non multitudine exercitus sed de coelo victoria datur munere magni dei, totam in adiutorio altissimi spem ponentes, nostros adiutores et commilitones primitus adhortati, in plurimos adversariorum cuneos, data nobis de coelo fiducia, irruimus confidenter. Quos deus per manus nostras<sup>8)</sup> et nostrorum immo suorum militum exterruit et prostravit et in fugam convertit, ita ut fugientibus cum impetu et sese invicem<sup>9)</sup> comprimentibus dictus fluvius Morava iuxta sui praesagi nominis ethymologiam, tamquam mare rubrum Aegyptiis, multo caesorum sanguine rubricatus, factus sic in se submersis et intereuntibus mortis via. Siquidem in eodem fluvio fugientium a facie dei peccatorum tanta perit multitudo, quod per cadavera hominum et equorum quasi per factos pontes nonnulli ex nostris adversariorum castra intraverunt<sup>10)</sup>, et occupantes currus, tentoria et expensas quoque pretiosas spolia acceperunt. Quamvis igitur post triumphum divinitus nobis datum, quem admodum communiter videbatur, regnum Ungariae nostrae ditioni potuerimus sibiugare, et idem<sup>11)</sup> in perpetuam premere servitutum, advertentes<sup>12)</sup> tamen, quod melius sit bonum vicinum habere concordem, quam superare et exterminare rebellem, pensantes etiam, quoniam, ut ait<sup>13)</sup> imperator Constantinus: crebro suaviores fiunt amicitiae post inimicitiarum causas ad concordiam restituae, cum principibus et proximis alti

nadání s newýslovným množstvim proti nám nepřipraveným objevili jsau se w poli. A když we wíře w příměří sotwa desátý díl wojska našeho zůstával u nás k střezení naši osoby, protože mnozi z našich předsěde přes Dunaj byli wešli do města Hemburka, jiní pak s wozy sestoupili k stanowístim a místům ležení; nepřátelé naši plni lsti na spůsob polokruhu we spořádaných šicích nás obkličujícíe, kdyby Hospodin nebyl pomohl, snad by nás žiwé byli spolkli. Tedy w takowém newyhnutělném pádu potřeby jsauce postaweni, hledíce k tomu, že moc jest nebeská, a poněwadž wítězstwí ne z množstwí wojska než od nebe přichází z půjčení velikého Boha, wšecku naději w pomoc nejvyššího skládajícíe, napomenuwše prwé naše pomocniky a spolubojowniky, na četné klíny protiwnskú, obdržewše s nebe důwěru, odhodlaně udeřili jsme. A Bůh je rukama našima a našich, ne, swých bojowniků zastráil a porazil a na útěk obrátil, tak že když utikali kwapem a jedni druhé tlačili, řečená řeka Morawa dle odwození jména swého předzvěstného, jako moře čerwené Egyptanům, mnohau zabitych krwi zbarwena stala se utopeným a zabynulým w sobě moru dráhau. Nebo w též řece zabynulo takowé množstwí hříšniků utkajících před obličejem božim, že přes mrtwoly lidi a koňů jako přes mosty zdělané někteři z našich wešli do ležení protiwniků a padše na wozy, na stany a na zásoby, pobrali wšeliké drahé kořisti. Ačkoliw jsme tudy po wítězstwí Bohem nám daném, jak se obecně za to mělo, králowstwí uherské mohli našemu panstwí podrobiti a w stálaw služebnost uwěsti, wšak hledíce k tomu, že jest lépe míti dobrého sworného sauseda než přemoci a zahubiti odpůrce, uwažující také, kterak císař Konstantinus prawi: Často stáwají se přátelstwa sladčí, když se po příčinách nepřátelstwí znouwu uwedau we swornost; uzawřeli jsme s řečenými, totiž králi uherskými a králowau paní a mladým králem Belau, raději dle formy nám podané od velikého župana Rulanda Prešpurského smlawu o mir ujednati, než hubenim

<sup>1)</sup> et securitas nemá 8. — <sup>2)</sup> nemá 8. — <sup>3)</sup> intraverunt 2, 2aa. — <sup>4)</sup> adiuvasset 8. — <sup>5)</sup> nemaji 2, 2aa. — <sup>6)</sup> fortasse 8. — <sup>7)</sup> inenarrabili 8. — <sup>8)</sup> n. et vestras et nostr. 8. — <sup>9)</sup> inv. prosteruentibus et compr. — <sup>10)</sup> intraverunt 8. — <sup>11)</sup> eidem 2, 2aa. — <sup>12)</sup> advertens 2. — <sup>13)</sup> quon. emp. Con. ait 2.



sanguinis nostri, dictis scilicet Ungariae regibus et domina regina et iuvene rege Bela, secundum oblatam nobis a magno comite Rulando de<sup>1)</sup> Posenio formam, malimus pacis federa reformare, quam vastando et debilitando magnum Ungariae regnum ad idem et nostri terras domini Tataris<sup>2)</sup> aditum aperiere. Praenotatae itaque compositionis formam<sup>3)</sup> praedictorum regum, reginae et ducis Belae sigillis signatam<sup>4)</sup> vestro apostolatui transmittentes, suppliciter petimus eandem a sede apostolica confirmari, et ut operae pretium est, apostolico in aevum patrocinio communiri.

Itaque talis ac tanta victoria digne soli deo et sanctis eius est cum condignis gratiarum actionibus et laudibus ascribenda, quod etiam ex quibusdam revelationibus comprobatur. Si quidem a multis fertur, quod quidam viri, qui a tergo ad custodiam exercitus fuerant deputati, imminente proelio referunt se vidisse quandam avem in lineamentis ad modum aquilae figuratam, sed in colore nive candidiorem, habentem aureum caput et collum, vexillum beati Wenceslai quondam ducis, semper vero patroni Bohemorum, inclyti martyris, inseparabiliter prosequentem; quae passim visa est eisdem crescere, quoad usque ad<sup>5)</sup> pugnam procedentem universum corpore et plumis cooperuit exercitum christianum. Eodem etiam die vir nobilis et devotus Swoyslai, cum in domo propria aegrotaret, circa horam tertiam vidit in exstasi se quasi in campo certaminis cum exercitu suo constitutum. Quem cum cerneret esse modicum et inordinatum, simul vidit patronos Bohemiae gloriosos<sup>6)</sup> ad quendam campum lucidum tali ordine procedentes, primum conspicit procedentem sanctum Wenceslaum lorica indultum, habentem galeam<sup>7)</sup> suam in capite, gestantem gladium suum in vagina auro et gemmis ornata sub ascella sinistra, in dextra<sup>8)</sup> vero manu proprium vexillum praefertentem; quem immediate sanctus Adalbertus, veluti vir magnus et robustus, decenter ornatus pontificalibus, sequebatur. Post haec vidit beatum<sup>10)</sup> Procopium, quasi abbatem cum suo ba-

a zemdenim velkého království uberského k němu i k zemím našeho panství Tatarům přístup otevřítí. Posílajíc tedy znění prvé řečené smlauvy, pečeti řečených králů, králové a knížete Bely znamenaué, Wašemu Apoštolství, poníženě žádáme, aby od stolice apošolské schválena a jak záhodno jest, ochranau apoštol. skau na věky utvrzena byla.

Tedy takové a tak velké vítězství hodně má býti jedině Bohu a swatým jeho se slušným díků činěním a s chwalami přičítáno, což také jistými zjeveními dokládá se. Nebo od mnohých praví se, což někteří mužové, kteří byli ustanoveni za stráž vojska v zadu, vypravují, že viděli při nastávání bitvy jakéhosi ptáka v obrysech na způsob orla uspůsobeného, ale barvy bělejší sněhu, který měl hlavu a krk zlatý a nerozlučně následoval za korahwi swatého Wáclawa, někdy vojvody ale powždy ochránce Čechů, slavného mučenníka; kterýžto pták viděl se jim pořad růsti, až veškeré vojsko křesťanské do bitvy táhnoucí télem a perutí swými pokryl. Téhož také dne muž urozený a pobožný i všeliké wiry hodný, Jan rytíř, syn Swoyslawůw, když we swém příbytku ležel nemocen, okolo třetí hodiny viděl se u trženi jako na bojišti s vojskem postawena. Kterého když spatřowal býti malé a nezřízené, zároveň viděl jest slavné dědice české na jedno pole světlé v takowémto pořádku krácející. Napřed viděl kráčetí swatého Wáclawa v brnění oděného, majícího přílbu swau na hlavě, anese meč swůj v pošvě zlatem a drahými kameny ozdobené pod lopatkau lewau, v pravé pak ruce swau vlastní korahew napřed nese. Za nim hned šel swatý Wojtěch jako muž velký a silný slušně oděn v raucha kněžská. Potom viděl swatého Prokopa jako opata se swau berlau pastýřskau v patách za swatým biskupem jdaucího. Naposledy viděl jiti pět bratří

<sup>1)</sup> et 2, 2aa. — <sup>2)</sup> Thartaras 8. — <sup>3)</sup> forma 2aa. — <sup>4)</sup> signatum 2aa. — <sup>5)</sup> nemá 8. — <sup>6)</sup> omni-  
mode 8. — <sup>7)</sup> nemá 8. — <sup>8)</sup> in capite suam galeam 8. — <sup>9)</sup> dextera 2aa. — <sup>10)</sup> sanctum 8.

culo pastorali sanctum pontificem a vestigio co-mitantem; novissime cernit sequi quinque fratres martyres, quasi propriis tunicis vestitos. Tunc idem miles audivit sanctum Wenceslaum praedictis gloriae suae consortibus sic clara voce dicentem: Debilis est noster exercitus, ad dei praesentiam mox tendamus. Quo dicto vexillum suum contra hostes extendit, qui statim in fugam universaliter visi sunt converti. Exterioribus quoque oraculis interior consolatio concordavit. Nam sicut saepedictus princeps Bohemiae et alii principes, barones et milites communiter retulerunt, quod, quamvis paulo ante pene emortui et totis viribus destituti, in ipsa tamen hora confictus cum <sup>1)</sup> inexperta spiritus et corporis laetitia intra semet ipsos de assequenda victoria fere universi et singuli acceperunt responsum <sup>2)</sup>, parati non solum in hostes irruere, verum etiam muos ferreos audacter irrumpere. Jarosius etiam, purcravius Pragensis, vir fide dignus, coram episcopo Pragensi et praeposito et decano et canonicis in capitulo Pragensi retulit viva voce, quod exercitus eius, in cuius medio ferebatur vexillum sancti Wenceslai martyris, nullam laesionem aut iacturam sustinuit in equis et hominibus, sed quovis locorum se divertebat, adversarii a facie eorum terga vertebant fugientes. Ferrum etiam hastilis eius, in quo dependebat praedicti martyris vexillum, visum est a pluribus splendere velut radius solis praelucidus <sup>3)</sup>. Nuntii regis Ungariae, qui missi fuerant ex parte eius ad principem Bohemiae, retulerunt coram eodem principe et baronibus eius, quod hora congressionis exercituum ad invicem, Bohemi valido clamore in <sup>4)</sup> coelum exaltato canentes hymnum <sup>5)</sup> a sancto Adalberto editum, quod populus singulis diebus dominicis et aliis festivitibus ad processionem cantat, equi adversariorum invitis sessoribus fugam arripuerunt <sup>6)</sup>.

Anno dominicae incarnationis 1264, IV Kal.

Octobris in festivitate gloriosi patroni sancti Wenceslai idem rex Přemysl currens ad ecclesiam maiorem, devotissime recommendans se orationibus tam clericorum quam laicorum,

mučenníků jako ve své vlastní sukně ustrojen. 1260  
Potom též rytíř slyšel svatého Wáclawa, an na hlas praví k řečeným saudruhům slávy své: Slabé jest vojsko naše; spějme hned před přítomností boží. A to řknou, korauhaw swau ro-zestřel proti nepřítelům. Kteřížto hned widění jsau wesměs, ani dáváji se na útěk. S wěštbyami pak zewnějšími srownáwalo se také wnitřní potěšení. Neb jakož často řečený kníže český a jiní knížata, páni a rytíři obecně pravili, že, ač krátce předtím jako na smrt umdleni a všech sil swých pozbaweni, však w samu hodinu boje s wese-

lostí ducha a těla nezkušenu mezi sebou o obdržení wítězstwí skoro všichni a jedenkaždý dostáwali odpovědi, jsauce hotowi nejen na nepřátely udeřiti ale i na železné zdi směle se obořiti. Jaroš také, purkrabi Pražský, muž hodnowěrný, před biskupem Pražským a proboštem i děkanem a kanowníky w kapitule Pražské powěděl hlasitě, že woj jeho, w jehož prostředku nesena byla korauhaw swatého Wáclawa mučenníka, neutrpěl žádného aurazu ani ztráty na koních ani na lidech, nýbrž kamkoli se obrátil, protivníci od něho záda obraceli, utikajice. Také železo toho kopí, na kterém wiesela korauhaw řečeného mučenníka, widino jest od mnohých, ano se třpyti jako přejasný prsrlek slunce. Poslowé krále uherského, kteří byli posláni od něho ku knížeti země české, wyprawowali jsau před týmž knížetem a pány jeho, že w hodinu setkání wojsk spolu, když Čechowé veliký hlas k nebi pozdwihsé, zpiwali píseň od swatého Wojtěcha wydanau, kterau lid zpiwá každau neděli a o jiných swátcich w processi, koně protivníků proti wůli jezdců na útěk se dávali.

Léta od narozeni páně 1264 dne 28 Září 1264

we swátek slawného dědice swatého Wáclawa též král Přemysl, wšed do wětšího kostela, a nábožně poručiw se modlitbám jak duchowních tak laiků, přijel wstříc zeti swému Ottowi mar-

<sup>1)</sup> nemá 2. — <sup>2)</sup> visum 8. — <sup>3)</sup> perlucidi 8. — <sup>4)</sup> ad 8. — <sup>5)</sup> ympaum 2aa. — <sup>6)</sup> Tuto jest v rukopisech poznámka následující: Quidam scripturarum scrutator et in eisdem propheticis presertim sensu circa numerorum mysteria curiosior indagator sic ait: Post anno 1260 suprascripta sunt mihi amodo tempora et momenta.